

Innocentius VIII iura Ordinis Crucifero-  
rum confirmat.

73

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis  
filiis Magistro et fratribus domus beate Marie in  
Prussia nullius Diocesis hospitalis eiusdem beate  
Marie Theutonicorum Ierosolimitarum. Salutem et  
Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petatur quod  
iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo  
exigit rationis ut id persollicitudinem officii nostri  
ad debitam perveniat effectum. Ea propter dilecti in Chri-  
sto filii vestris iustis postulacionibus grato concen-  
sentes assensu omnes libertates et immunitatis  
a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive  
per privilegia vel alia indulta vobis et domui vestre  
concessas libertates et exemptiones secularium  
exactionum a Regibus et principibus, aut alii  
Christi fidelibus vobis et eidem domui rationa-  
biliter indultas, sicut eas iuste et pacifice vobis  
et per vos prefate domui auctoritate apostolica  
confirmamus et presentis scripti patrocinio com-  
munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostre confirmationis et com-  
municacionis infringere vel ei ausu temerario  
contraire. Si quis autem hoc attemptare  
presumpserit indignationem Omnipu-  
tentis Dei et beatorum Petri et Pauli

Apostolorum senoverit incurarum. Dat Roma  
apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Do-  
minicae Millesimo Quadringentesimo octua-  
gesimo quarto tertia Non: Novembris Pontifi-  
catus Nostri Anno primo

Jakopia przepisana z Originatu  
pargaminowego dnia 27. Miesi-  
ca Maja Roku 1784 Udotu na sz-  
nurku ziedwabia Zutego krzew-  
nym wisi puczołka z otowiu od  
lana.